

licitum, an illicitum. Si opus illicitum est, ob Principum permissionem de crimine non purgatur. Olfentium est quod locare domum loce, que in eadem meretricium exercere debet, fit actio & circumstantia mala: quia commodam, & auxilium prebet locare iste tali femina ut se prostituere valeat. Nec refert quod te non locante alius fit locaturus. Quoniam aliorum peccata tua non excusant. Si, missis distinctiunculis Casuistarum, eorumque metaphysicis præcisionibus, quibus locatio domus seingitur a suis circumstantiis, que in morum regulis potissimum spectari debent: si his, inquam, missis rem serio perpendas, te reipia domum tuam diabolo locare ad illius opera exercenda colliges. Perpendito pecuniam quam ex tali locazione reportas, pretium esse iniquitatis, lucrum humani corporis prostitutione, divine maiestatis contempzione, innumerique flagitii nefandissimi partum. Et non tremis christiana manus, dum tam turpes tangit reditus? Non horret animus, non detestatur emolumentum adeo scelestum? Dum isthinc animum intendis, non ne ipse tentis quam vana, quam furilis fit huic argumento accommodata distinctio illa, locationis proxima, & remota, locationis absolute, & abstractæ? Quæ reipia contingunt, spectanda sunt, & meditando. Hæc omnia que ego indicavi, & his peiora re eveniunt. Quid refert quod tu hæc non intendas? Intentio prava le sola peccatum excuset. De practico facto locationis sermo nunc est. Hoc ego suis circumstantiis septem flagitiosum iudico.

XX. Ex his colliges primum, peccare eos iuxta nostram sententiam qui domos locant meretricibus indiscriminatum civitatem inhabitantibus. Grave enim scandalum est quod in medio domorum, & familiarum honestæ vitæ fax illa, & humane nature pavidâ tabes locum habere debeat. Quid iuvenes, quod puellæ, quid matronæ ex tali conturbatio, & vicinitate non patiuntur detrimenti? Quare gravissime illi peccant qui in qualibet civitatis parte domos meretricibus inhabitandas concedunt. Si meretricibus in aliquo civitatis angulo iuxta Principum includerent: tunc Sylvius 2. 2. *quæst.* lxxvii. concedit licitum fore eisdem domos locare in tali determinato loco sitas. Nec id ego concederem ob rationes adductas. Auctores qui ante propositiones ab Ecclesia damnatas scripserunt, caute, licet aliquando docti, legendi sunt in hoc, & similibus argumentis, que cum da-

mnatis sententiis connexa sunt. Sententiam nostram docet Navarrus in *Mannual. cap.* xvii. *num.* 195. Henricus a S. Ignatio *Lib.* 170 *cap.* l. *num.* 493. Sylvius *loc. cit.* excepta circumstantia adducta, *Genet. Tom.* I. *tract.* v. *cap.* 14. Quod dictum est de meretricibus, multo magis deeneratoribus publicis, de leonibus dicendum, ac de illis qui vestes, lectisteria, & totius cubiculi ornamenta meretricibus locant, ut optimis vestibus induta, & ornato cubiculo excipere fœortatos valeant. Eiusmodi vestium, & ornamentorum locationes, non modo turpem meretricii notam, sed avaritiæ, & vitæ crimi ferpe contrahunt. Similes locatores, & locati facramentisque privandæ, nisi ab infami, & viturario questu abtineant. Quid, inquam, si meretrix lectulo eget, aut veste? Veritum ne erit hæc illi vendere? De veste ad corruptegendum, de lecto pro necessario capiendo somno, usque communi, nulla erunt difficultas. Ceterum, si quæreret lectum ad meretricium, aut vestem splendidam, ut locatatoribus formosior appareret, idque certo constaret venditori: dico illicitam tunc venditionem esse.

## CAPUT XII.

De aliis actionibus, que, licet a circumstantiis præcisæ, indifferentes, & honesta sepe sint; spectatis tamen circumstantiis, aliorum peccatis cooperantur.

I. UT quæstiuuncule infra resolvendæ clarior, & facilius percipiantur, præmittenda primum omnium est propositio ab Innocentio XI. damnata, que est sequentis tenoris, & ordine 51. *Annulus qui submissis humeris scienter adiuvat herum suam ascendere per fenestram ad suprandam virginem, & multoties eidem susceptor, deserens, & molitios inuam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.* Hanc propositionem docuit Caltoppalus *tract.* vi. *disp.* vi. *punct.* 11. n. 5. his verbis. „ Si indifferens „ tia proximiora peccato submittit, & „ illam causam graviozem honestatim admi- „ nistratorem expulso, qualis esset, si „ res male tractari; vel si dominus a domo „ sua te expelleret, & expulsus cogeres „ men-

„ mendicare, vel penuriam pati, præcipue „ cum non ita facile alium dominum inven- „ nias qui familia, & peiora ministeria non „ petat; vel, si in eius domo te sustinet, id „ fit te obiurgando, & increpando, vel debi- „ fir te obiurgando, & increpando. Si enim aliquod „ ta mercede infraudando. Et quod non „ ex his damnis tibi provenit, eo quod non „ ministras actiones indifferentes de se, & „ pravo ului ex malitia domini deservientes, „ poteris illa ministrare: quia tunc non cen- „ teris peccato illius cooperari, sed potius „ permittere. Unde licet tibi, tali urgente „ occasione presso, concubinam portare, si „ gnare locum domino ubi sit, frem dicere „ concubine: Dominus meus dicit ut illum „ hac nocte expedes, vel eum vides. Item „ domino ascendere volenti per fenestram ad „ rem habendam cum femina, poteris pe- „ deni sustinere, & scalam apponere: quia „ sunt actiones de se indifferentes, & ita „ trahit Navarrus. „ Hæcenus P. Castro- „ palus, qui pro sua sententia laudat præter „ Navarrum, negantem licitum esse locare do- „ mos meretricibus, ut vidimus, Sanchez, A- „ zorium, & alios. Verba Palai transcribere „ voluit, ut hinc colligatur P. Dominicium Viva „ in expositione prelatæ thesî minus attente „ legisse Palaum, dum *num.* 3. scribit, talein „ opinionem a Palao non doceri, eo quod Pa- „ laus addat, quod famulus exclusus cogere- „ tur mendicare, aut penuriam pati; quod in hæc „ thesî non prohibetur explicite, concludit P. „ Viva. Verum P. Caltoppalus præter mendi- „ citatem addit increpationem, & obiurgati- „ onem solam causam esse sufficientem adjuvan- „ di herum ad virginem stuprandam: vel, si in „ eius domo te sustinet, id fit te obiurgando, „ & increpando. Addit aliam causam, nempe, „ vel debita mercede infraudando. Hæc sunt duo „ momenta, præter mendicitatem, aut penu- „ riam, quæ Palau assignat. Idcirco autem „ ostendo P. Caltoppalum thesîm proscriptam „ dõussisse, ut cautius lectores eundem legant, „ sibi que a damnata doctrina caveant. Doctri- „ nam Caltoppalai exscribit P. Antonius Dia- „ nam, & de more adoptat *Tom.* VII. *coord.* *tract.* V. *ref.* 46.

II. P. Salmanticenses hæc referunt thesîm, quam impugnatam a Diana falso asserunt, eamque explicant *tract.* xxi. *cap.* VIII. *punct.* 5. *num.* 74. ubi in examen inducunt illam particulam *aperiendo inuam*, illamque sic interpretantur. „ Si famulus fores infringat, „ aut aliqua clavi inuam aperiat, peccat, quia „ hoc in sensu illa clausula proscripta est. Si „ vero aperiat inuam, ut concubina in do-

„ mium heri ingrediarur, innumem ab omni „ culpa famulum aiunt. Hæc interpretatio com- „ mentaria videtur, & omni deservita ratione. „ Et primo, cum clausula absoluta sit de a- „ pertione inuæ, quod fundamentum asserunt „ intelligendum esse de apertione vi, vel clavi „ aliqua peracta? Ubi sunt concieturæ istius „ interpretationis? Ex contextu propositionis „ optatum colligitur. *Aperiendo inuam, aut „ quid simile cooperando. Tò quid simile &c.* „ ampliat clausulam illam, non restringit ad „ apertionem violentam; sed potius ad quam- „ cumque apertionem, vel ad quid simile ex- „ tendit. Sive ergo aperiat inuam vi, aut „ communi via, live quid simile præter, puta „ si eam comiter in domum heri, dubio pro- „ cul peccat.

III. Quid significet altera clausula, *metu notabilis detrimenti*, explicandum remanet. Occurrit etiam difficultas, sintne recentitæ famuli actiones licite, maximi damni, mutilationis, aut mortis metu. Thomas Sanchez, quidquid in optatum iudicare videatur P. Viva, offendit, famulum posse recentitas omnes actiones prætere ob metu alicuius magni damni. *Cum hæc omnia ministèria dicta multo facilitate domino inferendi asserit, non illum desistere possunt.* Quare & Auctor ille propositionem damnatam reipia docet. P. Dominicium Viva ne unum designat Auctorem istius thesî; sed tantum dicit *num.* 3. *Quibus verbis* (damnata thesî) *videtur locuti nonnulli apud Dianam.* Videtur locuti nonnulli? Nemini ergo legis qui aperte eam doceat? Lectoris suis haud valet consilere a quibus libris cavere debeant? At consulam ipse, non ut Auctoris illis aliquam notam impingam, quod absit ( bona enim fide, & intentione, que sibi probabilia apparebant, scriptis prodierunt) sed ut periculo errandi, lectores subducam. Præter ergo Caltoppalum, Dianam, Sanchez, tametsi ille paulo cautius loquatur, P. Thomas Tamburinus damnatam thesîm docet *Lib.* V. in *Decal.* *cap.* 1. §. 4. *num.* 18. & 19. cuius hæc sunt verba. „ Subditus inuam esse ex sola famulatus „ ratione, sed metu notabilis detrimenti, „ quale esset, si quis timeret ne dominum „ hunc deterneret, cogatur alium cum sua „ molestia, & damno quærere, ne a domi-

no male tractatur, ne corvis oculis aspiciatur, ne et domo cum suo derimento expellatur, excusabitur, si referat adulterere, vel inimico, ut tali hora ad domum heri, vel ad conditum locum accedat; si iustus heri, vel insequatur puellam, visurus, vel requisiturus ubi ea habitet, & nihil aliud; si iustus eundem non aperiat modo ianam, sed docet reat ubi herus sit; si dominum adiuvet ad ascendendum per fenestram, quo ingrediamur, tur in locum ubi peccaturus sit. Tamburinus non modo aperire ianam concedit, ut in proscripta thesi habetur, sed peiora quoque ibidem a Tamburino indicantur, ut infra videbitur.

IV. Nominè ergo detrimenti, vi cuius præfata milliteria, & obsequia præstari a famulo licite posse arbitrabantur iuniores, intelligunt torvum domini aspectum, in crepationem, expulsiorem et domo, molestiam reperijndi alium dominum. Post animatam thesim in examen vocant, num factem metus mutilationis, aut mortis factis sit famulo ut ministerium præstet adiuvans dominum ad ingrediendam meretricis, vel virginis suprandæ fenestram. Si iniuniorum principia spectemus, res plana est. Contendunt enim illi eiusmodi actiones indifferentes manere etiam in actuali exercitio, atque adeo gravem metum, & potissimum mortis, sufficere ut quis eas licite exequi valeat. Salmanticenses *loc. cit. num. 75.* & P. Dominicus Viva fatentur eiusmodi actiones esse intrinsecas malas; quamvis Cardenas in commentariis præfate propositionis dubitet: quapropter consilidam esse Apolliticam Sedem suggerit, interim tamen securiorum partem eligendam docet. Opinio indicata communis est, nimirum recentitas actiones omnibus circumstantiis obstita natura sua malas esse. Utique si physice, vel metaphysice spectentur, indifferentes sunt. Sed Theologus eas considerat ut practicas, & ut reipà omnibus circumstantiis subsistant. Porro moralis natura, ut sic loquar, itarum actionum mala est, & viciosa. Quo posito, omnes fatentur neque mortis, aut cuiusque tormenti metu posse ad executionem redigi. Quod enim natura sua, & intrinsecus malum est, nulla valet ratione honestari, ut cum D. Thoma 2. 2. *quest. ex. art. 3.* Theologi omnes docent. Nullo ergo metu five mutilationis, five mortis, scilicet tenere, vel simili modo adiuvare herum famulus valet, ut ascendat ad peccandum.

V. Obiicies. Potest quis metu mortis comitari latronem, eumque adiuvare ad furandum absque culpa; & tamen furum est intrinsecus malum. Quidni ergo & famulus adiuvare herum poterit ad fornicandum? Respond. Pater Magister Milante *exerc. 28.* hoc pacto huius argumento respondet. *Ut quid aliena rapere, aut debitum non restitueri malum est, & quidem ab intrinseco, & contra legem naturæ? Proculdubio ex eo solvitur quia dominus, vel creditor irritus patitur malum, hinc eisdem ius lesitur. At in casu præfato dominus, & creditor irriti non forent &c. ... cui proinde nulla irrogaretur iniuria ab eo qui ex præfato gravi metu cooperaretur furto. ... Quapropter, ut Theologi de schola loquuntur, sic cooperans non concierret ad dampnum formale proximi, neque formaliter illi ius ledere, sed tantummodo materialiter. Ex hac doctrina inferitur, futurum ex presumpso domini consenti in cooperationem servi ad iuvantis dominum furatorem, & opus indifferens evadere. Et hac ratione potest famulus ianuas infringere, serina referare, ut auxilium præberet fori ad pecunias surripundas: quod forte nec Pater Milante concessurus est.*

VI. Salmanticenses *Tom. III. tract. xlii. n. 127.* docuerunt recentitas actiones esse indifferentes; at *tract. xxi. cap. viii. par. 2. §. 2. n. 7.* hæc scribunt. Sed nunc ex professo rem examinantes, asserimus hæc omnia illicita esse, etiam urgente periculo mutilationis, aut mortis. Et ratio est, quia quod est intrinsecus malum, nullo modo ... honestari potest, etiam ad præstium rituum mortis. Sed adiuvare dominum humeros supponendo, vel deservendo sciam lam ad virginem suprandam &c. hic & nunc est intrinsecus malum, & nullo modo do indifferens, sicut comitari latronem, ut eum defendat, vel ut ad furandum aliquid adjuvet, esse intrinsecus malum docuimus &c. Ergo non licet etiam metu mortis &c. huiusmodi actiones exercere. Eadem ergo ratio peccat qui auxilium præbet & fornicatori, & furi; cum tam futurum quam fornicatio sint opera sua mala. Momentofam rationem assignant perdocti Salmanticenses illi qui post damnatas theses Curiam theologiam continuant, quique sibi pluribus que antec. ores scribere iuxta temporum conditionem, ad optimum sensum revocant opportunitate data. Doctrina parvo quam ipsi eam regulam in hac materia servandam proponunt, soli-

da est, atque a D. Thoma, ceterisque gravioribus Theologis approbata. Tunc cooperatio ad aliquod opus non est intrinsecus mala, quando principalis causa bene, aut male exiit opus illud valet; ita ut male usus ex sola agente malitia oriatur. Qua de causa perere mutuum ab usurario, iuramentum ab Ethnicis, sacramenta a ministro indigno possimus, quin eorum malitia cooperemur, quod eiusmodi actiones sancte præliari queant, solaque iniquitate ministrorum malitiam contrahant. Sectus in fornicatione accidit, & in furto: quia nec furi furari, nec impudicus fornicari licite unquam potest. Idcirco qui ad eiusmodi operibus auxilium præbet, cooperatur actionibus intrinsece malis; atque adeo nullus metus de malitia purgare cooperationem in eisdem valet.

VII. Quæst. I. *Licitum ne est navis, & aurigæ deserre herum in domum concubine, aut contra concubina in domum heri?* Resp. Pater Antonius Djaua *Tom. III. coord. tract. x. resol. 42.* Hæc casus, inquit, frequenter accidit: & cum Merola adfirmantem opinionem defendit. Cur? Quia adest causa non amittenda lucrum, quod eo ministerio comparant servitores. Ne egregiam rationem! Hæc opinio continetur in thesi proscripta. Quod ut clarius pateat, explicanda est altera damnata thesi particula, *Aut quid simile cooperando.* In hac particula clauduntur omnes actiones, inquit etiam P. Cardenas *dissert. xxxi. n. 10.* quæ reapse adjuvant ad exequendum luxuriam, quamvis abstractæ ab illis circumstantiis sint indifferentes. Tales sunt deserre licentem concubinam ad domum heri, vel contra, ad effectum luxuriæ; five famuli deserant curru, cymba, sella gæstatoria, aut etiam comitando: item deserre literas amatorias, vocare concubinam in domum heri, & id genus similes cooperationes: quia hæc actiones reipà adjuvant herum ad luxuriæ executionem. Patrius Sporeus *tract. v. in §. præcep. Decal. cap. 1. sect. 3. n. 99.* hæc, & similes actiones ut licitas concedit, quia eius Doctores, Tamburinus, Diana, Callropalus, aliique eas permittunt. Ideo caute legendus est Author iste.

VIII. Quæst. II. *An, si amicus meus erit ad ego famum ministrum, & scribba, turpis scribet amorem iocunditatem, quæ ipse mittit ad suam concubinam, desum 180. sine peccato deserre?* Resp. Eisdem verbis hanc questionem proponit P. Thomas Tam-

burinus *Lib. II. in Decal. cap. 1. §. 4. n. 20.* Audi eisdem responsum. Responsum fuit absolute negativa: quia ex una parte hæc actio, licet alias indifferens, est contra iuncta cum peccato amici, cuiusque concubina; & ex alia parte non adest causa excusans, ducta ex famulatu, vel alio detrimento, ut supponitur. *Ne enim, si adest quidam modestus rubor, videtur esse reus, gulariter tamen movetur, ut satis excuset.* Viden quam peracere iuniores nostri humane amicitie federa serutati sunt? Medicus generum rubor ob denegatum amico obsequium regulariter satis non est ut munuscula ad incitandum venerem deserre concubineri valeas. Sed quid, si rubor non esset medicus? Quid si amittenda amicitie periculum impunitus? *Fateor tamen (subdit Tamburinus) si tibi magni esset huiusmodi amicitie, ac vere timeres eam amittere, excusare te posse: quia tunc notabilis iustus momentum meus accedit.* Calebat Tamburinus quanti fit facienda amicorum benevolentia: idcirco subdit maiora etiam pro amico simili incommoda perire te licite posse, ut in re obloccna superba suppetias feras. Sic enim scribere pergit. *Simile quid erit, si a te amicus petat ut cubiculum ei accomodes, in quo scis eum fornicaturum: nisi enim notabilis necessitas te excuset, peccabis, si illi morem geras: ita Sanchez: & notabiliorum quidem posco, si in tuo cubiculo securus, & confidentius sit amicus peccaturus, ob rationem modo dictam in associatione, atque eodem modo philosophare (philosophare utique, non evangelizare) in ceteris similibus, ubi ratio famulatus, & obsequii non invenitur.* Ratio famulatus hæc omnia excusat, ut antea scriperat ibidem *num. 18.* Si famulus non sis, sed amicus, requiritur rubor non modicus, aut periculum dissolvende amicitie. Si tamen tuum proprium cubiculum accomodare amico debeas, ut in eodem securus & confidentius, fornicetur, notabiliorum pollet causam, ut esset, si ex amico inimicus fieret. Comparat hæc cum Christi Evangelio dicente: *Esti me erubescit coram hominibus, & ego erubescam tibi &c.* Deinde de doctrina illius Theologi, mea sententia, proscripta, iudicium fero.

IX. Quæst. III. *Qui ex officio lætias inmeritis potant, vel thebas agent, possunt ne licite præio conducti puellam ad fornicandum adolecentem adducere?* Resp. Quæstio expressa est B. Tamburini *loc. cit. num. 30.* cui sic respondet. *An non p. posse: quia id nec ex-*

causat ratio famulatus: hi enim famuli, seu subditi non sunt; nec amisso lucrī, quia hoc est satis exiguum. His tamen nihil obstantibus, post aere iuniorum studium, quid tandem benignioris probabilitatis explicatus est, ut his quoque baiulis potestatem faciat deserendi proque quamvis a suum amantissimum. Audi ipsam Tamburinum statim hanc subdentem. „Habeo tamen unum apud Navarrae, ex quo aliquid benignius colligi probabiliter potest. Ex his (inquit ille unus) videtur colligi ratio defendendi multos a peccato saltem mortifero, modo, ut in casu proposito, non placeat esse peccatum, & faciant obsequia praedicta ob alium quem bonum finem, puta eo quod exhibent ea officii sui causa, vel ob iustam mercedem. Licet enim haec officia, & obsequia sint valde coniuncta cum peccato, non tamen sunt secundum se, & sine peccato peccata: & ideo seorsum possunt a peccato per finem divertere, & seorsum esse non videntur. Nota illud (concludit Tamburinus) officii, vel ob iustam mercedem. „Hae duo sunt momenta tantae sententiae, quam, praeter illum unum, sequitur etiam, eodem Tamburino teste, Merola, & Diana. Tandem monet Tamburinus eiusmodi baiulos, & vectores, ne sint adeo religiosi, id est scrupulosi in similibus casibus: alioquin valde in lucro ledentur. Si hi vectores, seu baiuli, adeo sint religiosi, ut non sint se, suasque operas locare in eiusmodi laborantibus, facile in suo lucro notabiliter ledentur. Vnde quid benignius? Longius tamen a Christiano abeat eiusmodi benignitas.

X. Quaest. IV. Peccat ne qui alteri occasione peccandi praebet, puta uxori, ut in adultério perpetrato deprehendi possit? Resp. Negat Layman Lib. II. tract. III. cap. XIII. num. 5. Petrus Navarra de resistit. cap. ult. num. 102. Diana he. cit. resol. 41. & Tamburinus Lib. I. cap. 1. §. 4. Haec opinio minus probabilis est; immo contraria sustineri omnino debet. Ratio clara. Quia mala facienda non sunt, ut bona inde proviant. Qui praebet adulterandi occasionem, insinit in adulterium; nec finis deprehendende adulterii in actuali delicto facti est ad purgandam actionem intrinsece malam. Licita tamen e contrario est sola permissio: puta maritus nullo modo impedire valet uxoris adulterium, tunc videtur se permissivum habere posse, ut deprehensa in actuali delicto respiciat. Quamvis enim non sine fa-

cienda mala, ut eveniat bona; permitti tamen in hunc finem mala possunt. Et haec ratione pater permittere potest factum filii, ut deprehensa emendetur.

XI. Quaest. V. Licetum ne est deferre literas amatorias, turpia continentem, concubinae; vel eas scribere, aut librum provocantem ad duellum? Resp. P. Ferdinandus Castropalpus huic quaestioni hoc praebet responsum. „Haec scribere, vel deferre non videtur intrinsece mala, si abita a te male finis. Turpia enim verba scribi possunt, sicut scribunt Doctores ad ponderandam malitiam illorum qui ea ex malo fine proferunt: possuntque scribi, & dici non tamquam ex proprio Marte, sed ex alieno: item non serio, sed irrisorie. Ergo scribere haec verba turpia de se non est intrinsece malum: quia solum vult turpia, & mala, quatenus a pravo animo procedunt. „& in pravum finem diriguntur. Ergo lecholo hoc animo, & hoc pravo fine, mala esse non videntur. „& a fortiori neque, nisi intrinsece malum scripta illa deferre ad concubinam: potes enim illa deferre, non ut movetur ad coitum, sed ut illi irrisor, & comburat. Ergo illa actio defendendi, quatenus a te procedit, bono iure deferri potest: & idem esse videtur de scriptis ad duellum provocantibus. Et ideo Emmanuel Sa verb. Peccatum num. 9. excusat famulos has litteras amatorias deferentes... Haec sub dubitatione dicta sint. „Tract. VI. disp. VI. punct. 11. num. 7. Diana he. cit. resol. 45. refert Merolam absolute hanc sententiam docuisse, in aliquo extremo necessitatis causa licitum esse famulis deferre ad concubinam has litteras amatorias turpia continentem. Immo addit Diana hanc opinionem probabilem, quantum ad delationem litterarum, reputari ab Hurtado de Mendoza, qui contendit eidem opinioni favere quoque P. Thomam Sanchez, immo & ipsam Azorium, Diana teste, qui istorum Auctorum de more verba transcribit in confirmationem praefatae opinionis, quam minime ille improbat. Haec opinio adeo laxa est ut confirmatione non eget.

XII. Quaest. VI. Licetum ne est meretricibus inservire, eas comitari ad domum amantissimi, aut ianua amato advenit scortum apparere, lectum sternere, idque genus obsequia praestare? Resp. Recentiores nec in dispensationem vocant, nisi famuli, vel ancillae inservire meretricibus licite valeant. Obsequia dumtaxat quae praestare licite possunt, sub

examina

examen inducant. Prusquam meam sententiam promo, qui docent iuniores, paucis perstringam. Layman Lib. II. tract. III. cap. XIII. num. 5. concedit fas esse famulo concubinam intrinsece per ianua heri, cum quo peccatura est, faciem praefere, lectum sternere; negat tamen licitum esse meretricem, tamen praetam, e propria illius domo educere, & ad domum heri per plateas comitari. Merola disp. II. cap. IV. Sanchez Lib. I. in Decol. cap. VII. num. 25. haec omnia licite asserunt. Illam tamen curam, aut sella deferre non permittunt ob solam rationem famulatus, nisi aliud detrimentum impendat. Alii super hoc dubitanter loqui videntur. Verum ego (inquit Diana loc. cit. resol. 47.) sententiam Sanchez, & Merolae probabiliter esse puto, & invenio Castropalpus Tom. I. tract. VI. disp. VI. punct. 11. num. 5. sine illa limitatione, sed absolute docere, famulum licite posse, imminente gravi, & proportionato damno, concubinam portare in domum heri.

XIII. P. Thomas Tamburinus Lib. V. in Decol. cap. 1. §. 4. num. 18. verb. Cooperatio famuli non solum recensita obsequia, sed plura alia addit quae a famulis, & ancillis aut ob solam famulatus rationem, aut ob notabile aliquod detrimentum praestari licite defendit.

XIV. Patritius Sporer tract. V. in Decol. cap. 1. sect. 3. num. 99. verb. Famuli, & ancillae recentiter fere omnia obsequia quorum meminerunt Castropalpus, Tamburinus, Diana, Sanchez, alique, quos suos vocat, & cum eisdem licite esse propugnant. Reverti propositionem damnatam, cui subscribit, sed ledores suos iterum remittit ad Dianam, & Sanchez. Vide de his plura, & curiosa apud Dianam, & Sanchez. Legelis eos qui propositionem praescripant, vel similes, quin & peiores docuerunt opinionem? Haec ideo animadverto, ut lectores minus cautos periculo errandi subducam.

XV. Caramuel in sua Theolog. praerentionali Tom. II. praecipit VI. quaest. VII. cap. 2. plura scribit quae a solo Caramuele, eiusque auctoris vulgari possunt. Nonnulla delibabo. Cur? Ut in lectoribus meis duo excitent animi sensa (quod ad ravim usque repetere iuvat.) Alterum commiserationis erga similes Auctores, quorum intentionem piam succurrendi humanae infirmitati suspicere debemus: alterum horroris, & detestationem in eorumdem laxitates. Audi ergo Caramuelem sic sentem. Rem ego conclusionibus aliquae explanabo.

„Prima. Possunt famuli tuta conscientia, meretricis aut pellicis mensae ministrare, cibos non solum communes, sed & calidos, & provocantes ad venerem condire, & lectum privatim sternere. „Num. 2974. laudat pro hac sua opinione Azorium, & Dianam. Haec deinceps addit. „Consilio non solum cibos communes dixi, quia scio esse omnino maiorem difficultatem, si essent tales qui excitarent venerem; tunc enim iuxta aliquos Theologos deberent famuli a tali servitio desistere, ne in venerem illicitum cooperarentur indirecte. At prudentiores credimus etiam tales cibos posse sine culpa condiri. „Prudentia haec carnalis est, & animalis.

„Secunda. Possunt lectum domini, & amarae communem sternere circa culpas, & venalem, consono Azorio & Diana alle- gatis.

„Tertia. Non esset peccatum mortale, domino, & pellici, alias rem habituris, aut lectum procurare hospitio, aut parare meliorem solium, aut floribus sulcitra. Ratio est, quia aliud est fornicari; aliud maiorem in ipsa fornicatione habere detestationem in genere luxuriae; aliud, & omnino diversum, habere maiorem utilitatem in genere commoditatis. Sane hanc requirere, parare, malum non est. „En quo le extendant eiusmodi casualitae, vanaque argutie, atque profundiose distinctiones. Valefere oratio, si in eis repellendis vel verbum infunderem.

„Quarta. Non est peccatum conducere pellicem in domum sui domini, tamen est peccatum praevideas. „XVI. Plurima alia praeterea, ne oculos, atque lectorum offendam. Ex his collige, minime fidem esse quibusdam Casualitatis adhibendam, neque illis qui post damnatas propositiones scripserunt, quoties doctrinam illorum amplectuntur qui principia damnatarum thesium docere, teque ad hos Auctores remittunt, ut non raro facit Patritius Sporer, dicitipulus Dianae, Tamburini, Sanchez, Castropalpai, aliorumque, quos fuso appellat magistros. His praebatis, propositae quaestiones respondeo.

XVII. Famuli, & ancillae non solum nequeunt licite ianua aperire amato ingrediendi ad fornicandum cum sua pellice, quae actio verita in damnata propositione est; sed necesse adducere eam in heri domum, faciem praefere, illamque comitari, lectum sternere.

te. Non solum reitico omnia prafata obsequia, sed dico nullo modo licitum esse famulari, aut intervenire meretrici. Dico in statu esse peccati, & abolitione indignas feminas, sive puellas illas que meretricibus inserviunt. Hoc recedendum illis esse a tali servitio. Hoc nos docent Scripturæ sanctæ adeo expresse, ut nihil luculentius desiderari possit. *Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere que ad eos pertinent, ne involvami in peccatis eorum.* Num. xvi. Item Iosue cap. xiii. *Per hanc occasionem advertent filii vestri filios vestros a timore Domini.* Iterum Eccl. vii. *Discede ab iniquo, & deficient mala abs te.* Clamat Isaias Propheta cap. lvi. *Recedite, recedite, exite inde, pollutatio nobis tangere, exite de medio eius.* Vocem exaltat Ieremias cap. xlviii. *Fugite, & salvate animas vestras.* Item cap. li. *Fugite de medio Babilonis.* Tandem Evangelista Matthæus cap. v. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te. . . & si dextera manus tua scandalizat te, absconde eam, & proice abs te.* Idem docent alii Evangelistæ, & in Apocal. cap. xviii. scribit Ioannes: *Exite de illa populus meus, ut ne particeps sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Ex quibus hanc conficio argumentationem. Malorum consortium declinandum Deus iubet. Dicant nobis Casuista recentiores, qui exhibunt meretricibus servitium licitum docent, utrum aliquis sit locus lupanari peior, num societas sceleratorum, & turpior sit meretricum societas? A tabernaculis impiorum recedendum præcipit Deus: & licitum erit sortorum tabernaculis inhabitare? licitum erit eidem inservire, famulari? Cui nam Christianorum, quibus iam benedicti Evangelii, in mentem venisset, licitum esse eisdem famulari, nisi Probabilissimum filio-mata distinctione, & præcisionibus metaphisicis honestatis colorem eidem adpersissent? Aut negent oportet præfatos textus, aut ostendant nobis aliam societatem, commercium, inhabitationem, tabernacula, contubernia, que vitanda textus sancti verbius adeo conceptis imperant. Si oculum evendum, & præcidendam manum dexteram, que nobis offensivum sit, Deus edicit; an ne in domibus meretricum permanendum nobis indulget? Quid reponis? Aucillas famulari meretricibus, non qua meretricibus, sed qua mulieribus? Eisdem inservire, non in meretricio, sed in rebus physicis, & indifferentibus, ut est cibos coquere, domum verere, lectum parare,

in ingressu comitari, ceteraque id genus? Sic ita. At dum hæc præstant ancillæ, numquid non habitant in medio Babilonis, in tabernaculis impiorum, in domibus sortorum? Ne multa. Adeo mihi verum est, nullo modo licitum esse feminis quibuscunque meretricibus inservire, & eorum domibus inhabitare, ut contrariam Probabilissimum opinionem, tanquam improbabilem penitus, reiciam. Sed quem Theologum in huius tunc sententia munimen allegas? Quem? Deum ipsum, qui clara horum Prophetarum, Evangelistarumque voce hæc nos docet veritatem, que etiam ipso nature lumine conperta est. Natura, inquam, ipsa nos docet declinare a malo, & mali periculo. Quod vero gravius periculum impendere eiusmodi sortorum ancillis potest? Si enim iuvenes sunt, castitatem ne in lupanari custodient? Si vetula, lenæ, & proxenetæ evadunt.

XVIII. Quæst. VII. *Quid de familiaribus concubinariis dicendum?* Resp. Si concubinari in domo propria pellicem detineant, eadem de illorum familiis, ac de sortorum ancillis, est ratio. Si fornicatores extra domum propriam concubinant alant, nullumque in illorum familia sit continuum scandalum, possunt famuli istis inservire in iis omnibus que ad rem meretriciam minime pertinent; sed que communia, & indifferentia obsequia, dominis ceteris præstari solita, spectant. Neque tamen famuli isti herant ad domum meretricis vehere, aut meretricem in eisdem domum ducere; nihil demum conferre in id quod proxime insidit in concubinationem. Ratio discriminis famulorum huiusmodi ab ancillis meretricum est, quod profectio meretricum turpissima est, & infamis; neque enim alia negotiatio ibi fit præter proxi corporis querulum, & ad flagitia perpetranda temper ianna patet, animalique præstito adest. Contra, licet aliquis concubinam extra domum habeat, sique in statu peccati, famula tamen eius honesta esse potest, scandalis vacua, honestamque professionem exercere valet. Quare famuli in his que ad familiaria ministeria, & civilis professionis officia spectant, servitium præstare licite possunt. Quamquam tamen hæc vera absolute esse exillime, in praxi tamen consideranda sunt eiusmodi famuli, ut alium domium querant; immo cogendi sunt, si ex circumstantiis colligitur eos dominorum moribus inquinari. Oppido difficile est ut boni sint famuli, si heri scelerati fuerint; id nihilominus quandoque accidit. Ideo circumstantiæ spectan-

stante sunt; sed communiter loquendo non commorari in medio malorum, immo illorum contubernium pro vitibus fuge.

XIX. Quæst. VIII. *Licitum ne est commodare alicui cubiculum ad fornicandum?* Resp. Hinc quæstioni respondet P. D. Antoninus Diana *resol. qd. affirmativa.* Illius verba dedimus *cap. 1. nunc illius opinionem reitico-nam tanquam nimium laxam.* Si enim non licet ex definitione Ecclesie adjuvare licitum ingredientem per fenestram cubiculi, in quo est concubina, neque *aperire ianam*, ut cum eadem fornicetur; quia ratione licitum erit commodare cubiculum in quo flagitium fornicationis sit perpetrandum? Quod quod iuxta communem prædentium exilimationem infamiam labem non evaderet ille qui in propria honesta domo cubiculum concederet ad fornicandum; & in sua domo lupanari erigeret? Et tamen audi Dianam. *Vir nobilissimus inservit ab amico domum eius ad meretricium parat; & si hoc illi denegasset, in gravissimum damnum inciderebat.* Consultuit, an peccaret hoc faciendo? Et respondi negative. *Quia . . . commodare cubiculum ex obiecto non est intrinsece malum.* Saltem illius amici fama, sine illius anime, consulendum fuit. En Probabilissimum non solum æternæ salutis, sed civili quoque honori, & fame inselutum. Opinio hæc præter falsitatem, horrorem quoque incutit: unde execrationem integram promeretur.

XX. Quæst. IX. *Licitum ne est donare indicois concubina, ut intercedat apud illum?* R. Adhuc P. Antoninus Diana *resol. 30.* ubi citat P. Gastropolum. Sed ista est, & omnino improbabilis sententia isthæc. Peccaret equippe donator iste, quia concubinam exponeret gravissimo periculo peccandi, dum pergeret ad colloquendum iudicem, qui similitudinem eidem periculo obnoxius foret. Hinc sententia accedit erit honesta esse potest, scandalis vacua, honestamque professionem exercere valet. Quare famuli in his que ad familiaria ministeria, & civilis professionis officia spectant, servitium præstare licite possunt. Quamquam tamen hæc vera absolute esse exillime, in praxi tamen consideranda sunt eiusmodi famuli, ut alium domium querant; immo cogendi sunt, si ex circumstantiis colligitur eos dominorum moribus inquinari. Oppido difficile est ut boni sint famuli, si heri scelerati fuerint; id nihilominus quandoque accidit. Ideo circumstantiæ spe-

XXI. Quæst. X. *Utrum pinguis concubina amio, vel obscenas imagines, grave peccat peccatum scandalum?* Resp. Convenit penes omnes illicitum hoc esse, absolute loquendo. Dissident vero, num in aliquo casu id liceat. Patricius Sporer *tract. v. in v. præcep. Decal. cap. 1. sec. 3. num. 93.* refert suum Tamburinum. Dianam, alioque iuniores docentes posse pictorem concubina imaginem amio pingere, gravissimæ necessitatis causa, puta metu mortis, mutilationis, & alterius simili mali. Quam opinionem defendunt quoque Salmanticenses *tract. xxi. cap. viii.*

*punct. 5. num. 69.* ubi laudant Azorium, Sanchez, Gastropolum, Bonaciam, & alios. Loquuntur autem in eo sensu in quo pictor sciat licet pingere concubinam imaginem illius amio, quem probabiliter prævidet absurdum eadem fore ad venerem sibi incitandum. Tolorum ratio est quod pingere imaginem feminæ est res absolute indifferens, cuius bonus, vel malus usus ex probitate, vel malitia utentis pendet. Quæ doctrina, si semper in omnibus circumstantiis vera esset, nullum fore esse scandalum indretum. Utique indifferens est pingere famina imaginem, quemadmodum indifferens est adjuvare hominem ad ingrediendam fenestram. Sed questio nunc est, utrum liceat pingere imaginem concubinae suo amio, quem licet eadem absurdum ad fovendam libidinem. Porro hoc non est minus in his circumstantiis intrinsece malum quam licet adjuvare herum ingredi entem fenestram ad fornicandum. Hoc secundum nullo in casu licitum est, etiam ad evitandum mortem: ergo neque primum. Hæc opinio nobis probabilior est.

XXII. Secunda pars vix vocatur in controverfiam. Pictura obtinet ex communiter dicuntur que ad turpia excitant, cuiusmodi sunt feminae nude, Adonides patenditis reitictis, vel turpes actus, & congressus reitictes. P. Patricius Sporerus *loc. cit. num. 92.* refert suum Tamburinum cum aliis iunioribus docentem, posse licite pictorem pingere *valde turpia, & obscena semel, aut iterum, si tanta est pictoris necessitas, ut eo lucro indigeret ad victum, vestitum, vel cuiusmodi quod necessarium, donec alia victus ratio occurrat;* dummodo abicit periculum mortale impare delectationis: Hæc opinio est plurimum laxa & scandalum plena. Secundum omnes veros Theologos pingere turpia, vel obscena representent esse peccatum mortale. Licitum ergo erit secundum hoc iuniores peccare *semel, aut iterum, ad victum, vel vestitum comparandum?* Istihæc sane recidit illorum doctrina, videlicet quod necessitas victus, vel vestitus comparandi licitum constituit id quod natura sua scandalum plenum est, & criminofum: quod quam sit erroneum, nemo non videt. En quomodo illi Auctores licitas efficiant comedias obscenas, & lascivas picturas. Nam unica histronum, & pictorum excusatio est necessitas victus, & vestitus acquirendi. Quæ ratio admiffa, licitum erit eis similia patrare scandala. *Non refert, si aliquo velo ita tenui, & diaphano operiantur; ut al-*  
qua

qua occultiori vi permoveant. Possunt enim esse tecta pudenda, & nihiloliosci non abesse scandalum: puta, si amatus, & amata simul pingentur tali postura, ut turpem mutuum amorem, & complexus exprimerent, inter oblectans profecto, & offuscantium oblectantes imagines reponenda hæc esset. Adfirmant ergo communiter Theologi peccare mortaliter pictores qui hæc venere, immo diabolici simulacra depingunt; eoque item qui palam publicoque conspectui illa exponunt. Ad nimavendum tamen, quod non quilibet corporis nuditas scandalum pariat. *Afferimus tamen* (inquunt Salmanticenses loc. cit. num. 64.) *quod si non sint totaliter nude, & alias pudenda occultentur, non erit letale ad artem professionem eas pingere, aut sculperæ, & ad exhibitionem, & ornatum conferre.* Pro hac opinione laudant Dianam, Turrianum, & alios.

XXIII. Hæc doctrina mihi non probatur. Oculum supra est, peccare mulieres nudis iberibus; & humeris incedentes. Utrique plus motu exemplar vivum quam mortuum. Hinc tamen minime consequitur, imagines mortuas, & insensibiles non movere ad venerem; & tamen minori efficacitate quam corpora ipsa viva. Porro imago puellæ venere vultu, mamillis, toroque nudo corpore vividis coloribus expresse suapte natura ad venerem incitat. Sed pudenda obrecta sunt. Quid inde? Non raro plus movet imago hæc tectis quam reiectis pudendis. Nuditas illa stomachum commovere etiam solet, & exultationem, utpote pudori naturali adversa. Sed esto imaginem nudatis pudendis maiori quadam vi venerem accendere; inde tamen non inferitur hæc sola nuditate ablata, immo enim a scandalum imaginem esse. Dum cetera corporis membra nuda sunt, & exquisito artificio expressa, nudique spectatores allicuntur, oculorum aciem attente delignant, per universum corpus discurrent, nique dum ad pudenda pervenerint: tunc enim in tegumento illo oculorum curium sistant, & quod arcuatum est, mente scrutantur. Et quia occulta magis appetunt, magis quoque movere solent, si cetera adint. Occultatio illa pudendorum ex adiecta universi corporis nuditate, cum horrorem non præferat, & verecundiam non adeo ledat, efficacius titillare solet quam ipsa nuda pudenda, que, ut dixi, nuseam aliquid ingerere solent, & designationem. Quare probabile nullo modo censo, licitum esse veneris litas vel pingere, vel palam ex-

positas tenere, tamen pudenda occultata sunt.

XXIV. Nulla ergo nuditas in simulacris, in imaginibus licita erit? Hæc aqua hæret. Quod mihi verosimilius videtur, dicam. Quæ nuditas licita est feminis, hominibusque dum vivunt, eadem præter propter licita est eorumdem imaginibus. Regula præcisa ita inquit, sed christiana prudentia opus est.

XXV. Quæst. II. *Quid agendum illis qui imagines obsecras palam in domibus expositas habent?* Resp. Difficillima mihi est questio illihæc. Vereor ne ad extrema impingam. Omnes adfirmant operandas esse. Neminem tamen legi qui presse tem dicatur. P. Antoninus Diana *Tract. v. Tom. VIII. cond. resol. 63.* hæc scribit, *Retinere autem debent imagines palam, & in publico, puta etiam peccate mortaliter, nisi illas retinere ornatus causa, cum aliquo velo cooperatas, ita ut facile non possit amoveri.* Similia docent alii. Probabilitate, que minime latifaciant. Siquidem omnes fatentur, venerem nudam pingere peccatum esse mortale, ipsamque imaginem scandali plenam asserunt. Quoposito, licitum ne erit scandalum fervare velo tectum? Pestem retinere in cubiculo clausam? Scandalum ipsum tollendum, simulacrum frangendum, commuendandum est. Mea ergo sententia latis haud est obsecras, turpelque imagines velis operire, vel intra cubiculum clausas retinere. Quia hoc nil aliud est quam idola veneris sub velis adorare, atque habere in pretio. Tecte ergo illa servas? Ornatus causa, respondet Diana cum suis Ianitoribus. Ad si tecte sunt, non maiorem præferunt ornamenti formam quam pedes, seu velum quod illas operit. Non sic fiet se habet, inquinata namlicet, utquodum tecte remanent, non ornant, ornamentum tamen valorem habent, quod ad libitum amoveri velum possit, & artis illius periti contemplari queant picturarum elegantiam, & excellentiam. Sed quo ejusmodi peritorum contemplatio? Ut ipsiusmodi archetypis pingere similia exemplaria valeant? Absit. Ut quid ergo contemplari eas debent? Ut curiositatem palcant, culosque delectent? Peius. Nullus ergo sine honestis adest illas servandi.

XXVI. Quid itaque agendum? Nec alienare, nec vendere eas licet. Quemadmodum enim omni iure vetitum est venem pelle insectam proximo donare, aut vendere; ita severiore lege prohibitum est animarum lu-

em,

em, ac pestem propagare. Quid ergo est reliquum? Nullum aliud effugium patet, nisi vel comburere, vel penicillo occultare totum quod turpitudinem, & obsecritatem præfert. Dæmonum sunt hæc simulacra & veneris idola. Qui illa sub velis facta custodiant, eadem minime detestantur. Valorem, inquit, & prestigiositatem amittunt, si penicillo reformentur. Veneremque utriusque prestigiositatem, pretiumque turpe proterius deperdunt; sed ac christiano homine dignam, modestiamque paternam hæc diabolica idola fervet, tecta licet & clausa, occasione parat filijs, & nepotibus minus moratis eadem retegendum; & omnium oculis exponendum, ut inde innumera consequntur flagitia.

XXVII. Opponis. Si hæc doctrina vera est, non pauci divites, nobilesque continentur peccant, & sacramenta indigni sunt. Hoc autem non videtur dicendum, cum eiuusmodi Christiani & sacramenta frequentent, & religioni haud sibi ducant præfatas imagines tectas, & clausas retinere. Respondeo, doctrinam, quam expolui, mihi veram esse. Verum ergo quod inde proficiunt. Plura Christiani peccata perpetrant, quæ peccata non esse falso existimant. Nec propterea malitiam exant.

XXVIII. Ad do fati minime esse Christianis illis istarum imaginum scandala de medio tollere, sed eorumdem insuper esse, præfata scandala contemplare, innocentiam spectatorum inquinatam pro viribus restituere, neque, inquit, nemini obiam. Tecte ergo illa servas? Ornatus causa, respondet Diana cum suis Ianitoribus. Ad si tecte sunt, non maiorem præferunt ornamenti formam quam pedes, seu velum quod illas operit. Non sic fiet se habet, inquinata namlicet, utquodum tecte remanent, non ornant, ornamentum tamen valorem habent, quod ad libitum amoveri velum possit, & artis illius periti contemplari queant picturarum elegantiam, & excellentiam. Sed quo ejusmodi peritorum contemplatio? Ut ipsiusmodi archetypis pingere similia exemplaria valeant? Absit. Ut quid ergo contemplari eas debent? Ut curiositatem palcant, culosque delectent? Peius. Nullus ergo sine honestis adest illas servandi.

XXIX. Quæst. XII. *Licite ne possunt vabernari vinum vendere iis quos inebriandos prævident?* Resp. Docent omnes id illicitum absolute esse; hecitur vero, gravissima urgente causa. Causa gravissima esset timor mortis, aut mutilationis. Nullum super hoc

Conc. Theol. Tom. II.

diffidium penes Theologos. Quoniam tam venditio, quam potus vini sunt actiones indifferentes, & ex sola malicia bibentis intemperanter ebrietatis accendit. Dicitur autem esse, quod, quando causa principalis licite opus exequi valet, tunc cooperatio materialis evadit, gravi causa impellente. Ideo capto in hoc casu mortis sibi imminetis, nisi vinum exhibeat, vendere illud potest, etiam cum pressione futura ebrietatis; quemadmodum licet ab usurario in gravi necessitate mutuum huius usura perire. Calypso, quem sequuntur recentiores, Catalanus, Sperserus, La-Croix *Lib. II. n. 261.* docet causam sufficientem vendendi vinum fe inebriaturus, esse si capto prævidat ex vini denegatione valde diminuendum esse emporum affluentiam. Quam ergo causam haud reposito sufficientem, ut capto possit tuta conscientia vinum vendere in hoc casu. Caritas quippe urget proximi peccatum vitare, prohibetque etiam cum nostro incommodo eidem cooperari. P. La-Croix perperam pro hac opinione laudat Augustinum *serm. cxxxii.* ubi hæc scribit. *Ad extremum tu cum noli adjuvare, noli cogere; sed in potestate illius dimitte, ut quantum tibi placuerit, bibat; & si se inebriare voluerit, vel solus percat, & non ambo percatis.* Quem textum mutilum transcripti P. La-Croix, & minus apte cauponibus favere contendit. Siquidem Augustinus ibi alloquitur illos qui ad convivia amicos invitant, solentque eos incitare, & quasi cogere ad bibendum ultra temperantiae limites. Illos propterea adinnet ut ab eiusmodi incitamentis abstineant, relinquuntque invitatis ad nuptias liberam potestatem bibendi, ne cum ipsi perant, sed soli illi perant qui se libere inebriare volunt. Quin in eodem sermone post aliarum textum subdit S. Doctor, multos adverfus dissuasentes ebrietatem traci, & contumelias vomere, nec propterea desistendum incepto, sed increpandos clamet. *Sed quando ista surgerimus, forte irascuntur contra nos, & murmurant ebriosi. Quamvis non desint qui irascuntur, Deo tamen proprio multi erunt qui liberent salubre consilium audientes, de isto nam gravi peccato per Dei misericordiam liberabuntur.* Ipsi tamen qui contra colu-

M

hic

hic non verſet Auguſtinus, ex eiſdem tamen doctrina id colligit quod ſaveat potius quam quod repugnet noſtræ ſententia. Neque ergo timor amittendi luci, ut vel ipſi adverſarii fatentur, nec diminuende hoſpitiū affluentiaſque periculum fatiſ eſt ad vinum licite vendendum inebriandiſ. Laxius eſt quod docet P. Gobat penes eundem La-Croix, videlicet tabernarium, dum dubitat hoſpites inebriandos fore, poſſe illis vinum vendere; etiamſi abſit talis cauſa, nempe ob rationem ex probabilifico ſilemate educam, quod videlicet tabernarius eſt in poſſeſſione. Quam opinionem reprobat etiam ipſe La-Croix, eſſi inter Probabilitateſ fatiſ benignuſ.

XXX. Quæſt. XIII. *Utrum licitum ſit petere ſolutionem maleficii a maleſico, vel ſaga?* Reſp. P. Patriciuſ Sporeriuſ cum ſuis Sanchez, & Filiucio, & Dicalillo, aliſque iunioribuſ, aſſerit, dummodo abique alio maleſico auferri poſſit; etiamſi prævidetur maleſicum eſſe demoniſ probabiliter uſurum. Contraſia ſententia, quam defendunt Gaetanuſ, Sylviuſ, Deſio, & alii plureſ, probabilior eſt, te nimirum non poſſe petere præſatam ſolutionem, dum probabiliter prævidetur alio maleſico ablatum iri maleſicum. Quandoquidem, cum maleſicuſ poteſt licita via maleſicum tollere, & tu prævidiſ illum demoniſ arte uſurum, ſi omiſſiſ eidem proteſtari, te nolle, niſi arte licita maleſicum auferri, ſed abſolute ſolutionem petiſ; iam aſſentiri præſerimur illiſ iniquitatiſ. Poteſ enim petitionem tuam modo licite illigare. Si ergo indefinita petitione ad modum licitum, vel illicitum, malefici poſtulaſ ſolutionem, anſiam præſumendi præbeſ te nihil curare, utrum arte demoniſ, an ſecus, maleſicum tolli debeat. Quare licitum erit petere malefici ſolutionem cum expreſſa proteſtatione, quod fiat abique demoniſ arte. Si vero dubitaſ ſine demoniſ arte auferri maleſicum non poſſe, tunc ſecurior pars amplectenda eſt. Quare examinandus ſerio maguſ eſt, qua arte, quibuſve mediſ auferre velit maleſicum. Nec reponaſ, in dubio præſumendum eſſe in proximiſ favoreſ. Hoc etenim verum habet; niſi circumſtantiaſ obſint. Homineſ arti magice addiſi frequenter eadem utuntur. Quare prævidentiſ dictat id præſumendum eſſe quod frequentiuſ accidit. Bene præſumere de proximo debemus, quotiſ ille in bonæ fame poſſeſſione reperitur. Malefici autem inſania laborant: idcirco prudenter præſumimus, illoſ maleſico novo maleſicum ablaturoſ. Idem dicendum,

ſi dubitaſ, poſſit ne medio licito maleſicum auferri. Debeſ enim aut dubium deponere, aut abſtinere a petitione. Facta autem proteſtatione, te nolle niſi modo licito maleſicum tolli, licite petiſ: quia animum tuum declaratiſi adverſuſ demoniſ artem. De comœdiſ hiſ agendum eſſet; ſed integram de hiſ diſſertationem edidiſ.

## CAPUT XIII.

*Quædam regule pro præxi a Confeſſariſ ſervanda. Nonnulla de moderna mulierum, virorumque ſanitariſ converſatione.*

I. Scandali materieſ adeo late patet, ut vix ſermone comprehendi queat. Adeo facile eſt ad extrema impingere, ut media incedere via vix liceat. Summa ergo vigilantia opus Confeſſariſ eſt, ne aut nimirum Chriſtianorum conſcientiaſ gravent, aut vixiſto laxent. Ex hiſ que de ſeminis dicta ſunt, rigidiora me docuiſſe ſuſpicabitur forte aliquiſ. Quam ſuſpicionem ut amoliar, iterum repetere iuvat, me nihil magiſ deteſtari quam iniuſtam ſeveritatem. Malo ſiquidem de nimia miſericordia quam de ſuperſtuo rigore rationem reddere. Porro, ut Confeſſariſ, Lectoreſque omneſ claruſ teneant doctrinam quam ego de mulierum ornatu cenſeo veroliſimilem, adiciam nonnulla, ex quibuſ colligere quique valeat quando ſuperſtuoſ, & noxiuſ ſit, & quando ſecuſ, mulierum ornatuſ. Patrum documentuſ, rationibuſque demonſtrat eſt, ſuperſtuum, muliebrem cultum, ad venerem poſtillam incitantem, culpæ expertem hauriamquam eſſe. Porro, ne præcepſ ſiſ in mulieribuſ dammandiſ, aut abolvenduſ, ſequentes adiciam reguleſ.

II. *Regula prima.* Femiſ poſſimum coniugatuſ ornatuſ nitidum, elegantem, auro licet, argento, ac ſericeo intextum, dummodo limiteſ proprii ſtatuſ non excedat, licitum aſſerimus. Lubet ſub oculoſ D. Thomæ reducere doctrinam, qua nihil cautiuſ, nihil ſolidiuſ præſeribi valet. Primum in commentariſ ad I. *Timoth. cap. 11. verſ. 9. D. Pauli* verba interpretantur hæc ſcribit: *ſuo ſunt conſideranda in ornatu mulierum, diſſicil ſimplex ornatuſ, puta in veſte, & auro, & huiſmodi. Quod poteſt fieri cum peccato tribuſ modis, ſcilicet ex præva intentione, ut ſi intendat connotationem concupiſcentiaſ, oſtentationem, vel inanem gloriam. Provi. VII. Præparata ad capiendâſ animaſ. Secundo, ſi fiat*

præter conſuetudinem patriæ, quod ſi diverſimode; quod enim excedit modum conſuetum patriæ, hoc ex levitate animi eſt. Tertio, ſi conditionem ſui ſtatuſ excedit. Sed ſervata recta intentione, conſuetudinæ patriæ, & conditioniſ ſtatuſ, non eſt peccatuſ. De ſucato autem ſemper eſt peccatuſ. Expendendum eſt primum tripliciſ diſtinctioniſ membrum, nimirum muliereſ non peccare, ſi rectam ſervent intentionem: quæ intentio vel eo ſpectat, ut concupiſcentiam commoveat; vel ut promoveat oſtentationem, aut inanem gloriam. Diſtinguenda pariter duplex intentio; una directa, indirecta altera. Nihil fere de prima, quia maniſeſta; at de ſecunda valde timendum. Illa ſua evidenti, & diabolica malitia ſe prodit, poſſimum dum ſe venerem accendere velle clare proteſtatur: ſed hæcraſta eſt. Secunda occulte ſerpit, & faciliſe ſe ſe immiſcit vitium alit, non redolet turpitudinem, ſed potiuſ ſplendorem; ut eſt oſtentatio, & inanſ gloria. Tunc porro ſerpit hæc indirecta intentio, cum ornatuſ exterior repleſ vanuſ eſt, & quaſituſ, immodicuſque. Neque enim recta, & pia eſt intentio poteſt, ſi ornatuſ exterior vanuſ, & ſuperſtuoſ eſt. Hæc omnia docet ibidem Auguſtinuſ. Exteriora enim opera hominū ſunt quaſi quædam profeſſio interioriſ hominū, ſicut Religioſi ad hoc habent habitum, & Clerici ſimilituſ. Unde, niſi concordet interior cum exteriori, eſt fictio. Ita etiam de aliſ operibuſ interioribuſ. Interioriſ enim debemus colere pietatem, ideſt cultum Dei habere; exterioriſ vero promittere, & proteſtari per bona opera, que concordant pietatiſ, & ſimilituſ habere interioriſ, ſicut oſtendimus exterioriſ. Vel dico, quod debent ſe ornare non exterioriſ, ſed ſecundum quod decet eaſ promittenteſ, ideſt qua promittere debent, pietatem per opera bona. *Eccleſ. XIX. elegantuſ corporiſ, & riſuſ dentium, & ingreſſuſ hominūſ annuntiat de illo.* Ut pauciſ hæc doctrinam expediam, dum exterior cultuſ, licet non excedat ſtatum civilem, qui forte dives eſt, & nobiliſ, valde quaſituſ eſt, vanuſ, ac ſuperſtuoſ, vanam proſtit intentionem aut oſtentationiſ, aut mundane gloriæ. Et dum mulier valde compta, & ornata nullam ſe habere iſtaſt prævam intentionem, mendax eſt, nullaque eiſiſiſ adhibenda. Illuſ quippe mendacianiſ exterior cultuſ teſtatur, eſt idemque prævam indirectam intentionem maniſeſtat.

II. *Secunda regula.* Rogabiſ, ſine culpa graviſ, aut leviſ eiſmodi nimirum elegancuſ, & exquisituſ muliebriſ cultuſ, qui ſeminarum

levitateſ, iſtaſtiantiam, vanitateſ, oſtentationemque prodit. Auguſtinuſ *loc. cit.* obiter, ut interpretem decet, rem hæc verſat. Eam vero ex inſtituto diſticit 2. 2. q. cxxxix. art. 1. & 2. qui legenduſ omnino eſt. Tux autem factæ interrogationiſ reſpondet, præſatam ornatuſ vanum, & ſuperſtuum, atque iſtaſtiantiam, & oſtentationem præſerentem, non ſemper eſt mortaleſ, ſed quandoque venialeſ. Pauciſ verbuſ omnia complectitur Auguſtinuſ, videlicet & intentionem provocandi ad concupiſcentiam, & levitateſ, vanamque oſtentationem. Primum ſemper eſt mortaleſ; alterum interdum venialeſ. *Et ſi quidem hæc intentione* (inquit) *ſe ornent, uſ alioſ provocent ad concupiſcentiam, mortaliſ ter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitateſ propter iſtaſtiantiam quamdam, non ſemper eſt peccatuſ mortaleſ, ſed quandoque venialeſ.* Artic. 2. corp. Non ſemper, inquit D. Thomuſ, vanuſ, & ſuperſtuoſ cultuſ femineuſ lethaluſ eſt, ſed quandoque venialeſ; frequenter ergo mortaliſ erit, ſi quandoque tantum venialeſ. Porro ut ſeliciteſ mentem, doctrinamque anſerlicam hoc de argumento teneaſ, animadverteſ velim, D. Thomam in primo laudateſ quaſtionuſ articulo agere de ornatu exterioriſ abſolute conſiderato. In commentariſ autem Pauliniſ rem per tranſiendam agit, hic vero ex profeſſio. Articuluſ namque primo omni argumentorum genere oſtendit, ſuperſtuum ornatuſ culpa non carere, & inter alia auctoritateſ allegat Gregoriuſ dicenteſ: *Sunt nonnulli qui cultum ſubtiliſſimū, præſtantiaſque veſtium non putant eſſe peccatuſ: quod videlicet ſi culpa non eſt, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives qui torquedatur apud inferoſ, lyſſo, & purpura indutus fuſſet.* Plureſ ibi rationeſ aſſert, que evincunt ſuperſtuoſ ornatuſ malitiam: nimirum, ſi ornatuſ ille excedat proprium ſtatum; ſi homo hoc quaſito ornamento deliciaſ quarat, & fomentum corporiſ; & tandem dum nimia intervenit ſollicitudo. *Etiãſi* (inquit) *non ſi aliqua inordinatio ex parte ſerit.* Porro, poſtquam expoſuiſt ſuperſtuoſ ornamentiſ naturam abſolute accepti, nullogue ad muliereſ habitu reſpectuſ, articulo ſecundo, quid ſit de femineo cultuſ dicendum reſolvit. Sub corporiſ articuluſ inſitium animadverteſt, quod præter communitateſ malitiam que in omni ſuperſtuoſ ornatuſ reſidet, peculiarem habet malitiam muliebriſ cultuſ, quod nempe ad laſciviam ſua natura provocet. En illuſ verba ſumma con-

fideratione perpendenda. Circa ornamenta mulierum sunt eadem attendenda que supra communiter dicta sunt (nempe articulo precedenti) circa exteriorum cultum: & insuper (nota) quoddam aliud speciale, quod scilicet mulieribus cuius viros ad lasciviam provocat. Ne multa. Aque in viris, ac in feminis cultus exterior potest esse noxius, & culpabilis vel propter pravam intentionem, vel propter excellum proprii status, vel propter ostentationem, & vanitatem. Cultus autem mulieribus præter hæc omnia illud habet peculiare quod provocat ad lasciviam. Et hæc dicta sunt in maiorem angelicæ doctrinæ, a quibusdam haud satis perceptæ, explicationem.

IV. Tertia regula. Sæpius in hac dissertatione dictum est, hoc in capite dandum esse exactam superflui ornamenta femine notitiam. Ut igitur quisque securus in ferenda super mulieribus cultu sententia incedat, sciat fas est, hæc ornamenta superfluitatem non ex uno, aut altero capite colligendam esse; sed ex omnium circumstantiarum complexione. Duo hic summo perpendenda. Primum quod in femine cultu perpendere debemus, non est tantum vestium, gemmarum, monilium pretiositas: sed potissimum vestium forma, positura, dispositio, nuditas. Alterum est mulieris comper conscientia, mores, conversatio. Ambo expono. Superfluum ornatum exponere lubet Divi Hieronymi elegantissima oratione, qua comper mulieris picturam vividis refert coloribus sua epistola de suscipia contubernio. Aliqua perfringam inverio ordine. Vestis ipsa vilis, & pulla, animi tacentis indicium est, si rugam non habeat, si per terram, ut altior videaris, non trahatur, si de industria fit tumida, ut aliquid intras appareat, operiatque quod fedum est, & aperiat quod formolium. Caliga quoque ambulantis nigella, ac nitens fridore ad se juvenes vocat. Papilla fascioliis comprimentur, & crispanti cingulo angustius peruritur arctatur. Capilli vel in frontem, vel in aures desinunt. Palliolum interdum cadit, ut candidos nudet humeros, & quasi videndi noluerit, celsat fellina quod volens dexterat. Et quando in publico quasi per verecundiam operit faciem, lupanarium arte id solum ostendit quod ostentum magis placere potest. Non tam vestium valorem, pretium, & moniliis raritatem, quam formam improbat vestitis: artem tegendi que displicent, & que placent nudandi, carpit: nihil hic de fœcis, de stibio, de albis innumeris lenociniis, & ille-

cebris habet. Alterum, conversationem nempe mulierum cum viris, non minus acute describit, & infectatur. Puellas, & mulieres prodeutes in publicum pingit inter seruos adolescentes ad convivia assidentes; atque nutibus, oculis, & suspiriis cum amatis mutuos exprimentes affectus representat. Sic enim assatur harum unam mulierum. Dabit tibi barbatus quilibet manum, sustentabit lassam, & pressis digitis aut tentabitur, aut tentabit. Erit tibi inter viros matrimonialique convivium: speculabis aliena oscula, pinguissimos cibos: & non abique scandalo tuo in aliis sericas vestes, auratque mirabris. Quid enim validius fovet muliebrem luxum, quam vel finis vane muliericæ exemplam? Personabit interim aliquis cantor ad mensam. Hoc dulci modulamine perculente aures, juvenes te adorantur, loquentes nutibus, & quicquid memtum dicere, significatque affectibus. Inter hæc tantas illecebras voluptatum, etiam serenas mentes libido domat, quæ maiorem in virginibus patitur sanem, dum dulcissimum putat omne quod necit. Difficile inter epulas servatur pudicitia. Nitens cutis fordidam ostendit animum. Legimus aliquem, vix hærentem offibus, illicitis arsisse amoribus, & ante carulle vitæ quam pelle. Quid tu facies, puella sani corporis, delicata, pinguis, rubens, æstivans iuxta adolescentulos; quæ est rogata non feceris, tamen formæ putes testimonium, si rogeris? Libidinosa mens ardentius honesta persequitur, & quod non licet, dulcius reperitur. Familiaria colloquia succedunt, in quibus perditia vestra vocabula, & mutuo ex vobis cognomina iulcepistis. Tu illius dicieris, & ille tuus. Obsequia, famulatus, servitia quis valet referre? Illum iactant alfidere lectulo, oblectrices adhibere manus languentibus, portare matulam, calefacere lintea, picare fasciolas. Sed audiamus paulisper & Marcum Tullium, qui paradox. v. miseram servitutum venustulorum, vulgo cicisbei, & barbatulorum his verbis describit. Igitur omnes improbi, servi. Nec hoc tam re est, quam dicta inopinatum, atque mirabile. Non enim ita dicunt eos esse servos, ut mancipia, que sunt dominorum facta nexa, aut aliqui iure civitatis. Sed si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis sui, quis negat omnes leves, omnes cupidos, omnem denique improbos esse servos? An ille nihil liber videatur cui mulier imperat; cui leges imponit, præscribit, iubet, vetas quod videtur? Qui nihil imperanti negare potest, nihil reculare

custas quales? Possit? dandum est. Vocat? exequendum. Eicit? abundum. Minuat? extimulandum. Ego vero ipsum non modo servum, sed nequissimum servom, etiam si amplissima familia natus sit, appellandum puto. V. Quarta regula. Omnia que dicta sunt, Confessarii perpendere magnopere debent. Mulieris conscientiam, eiusdemque mores, vivendi consuetudinem, virorum amicitiam præ oculis habeant. Si mulierem agnoverint bene moratam, ab hominum familiaritate seunquam, propriæ domus curæ, & regimini addictam, mariti sui amantem, tunc eiusdem ornatum, tametsi corruptum, & forte plus iusto splendidum, non facile gratis peccati damnabunt, eidem tamen modestiam suadebunt. Ex illius vivendi consuetudine quam facillime arguent, maritum, an alius viris placendi gratia adeo culta incedat. Peccatoris nuditatem, & vestium formam, valde a modestia, que mulieres maxime decet, distantem, nunquam permittant Confessarii.

VI. Quinta regula. Reciprocam virorum, ac mulierum conversationem frequentem, assiduamque, eam potissimum in qua illa habet suam, & ille suam, penitus infringat Confessarius. Si reculer mulier scindere hæc amicitia fœdera, a sacramentis arceatur. Quod antequam præter, oret, suadeat, increpet. Non severitate, aut rustica, & inurbana oratione, sed suavi, efficacique adhortatione suadet mentem illuminare, animumque emollire, ac Deo precibus suis penitentem commendare non delitit. Blanda benignitas, quam tam alte deprædicat recentiores, Probabilis, non eo pertinet ut legem laxet, eamque humanis appetitionibus accommodet; sed eo ut summa patientia, & caritate ad divinæ legis amantem, quoad fieri potest, humanos mores reformet. Has omnes circumstantias spectare debes, ut extrema aut severioris austeritatis, aut nimis benignitatis devites.

VII. Sexta regula. Facillius Confessarii ad extremum laxitatis, quam severitatis impingunt. Rigor, & severitas cuique contraria est, propriis rationibus, & molitionibus adversatur. Contra vero benignitas, & indulgentia nature consentanea est. Omnes respectus, humanaque considerationes, fame & gloriolæ aviditas, item timor contemptionis, & propriæ fame iactura benignitatem suadent. Hinc est quod Prophete omnes, & Patres in laxiores Theologos, & Confessa-

Conc. Theol. Tom. II.

rios invehuntur. Transcribam que docet D. Bernardinus Senensis adversus Confessarios qui negligunt mulierum luxum, & pompas scribere. „O infelix infortunatus mundanorum! O cæca amentia vanitatum! O inconsiderata dementia propter hoc perennitum animarum! Inter quas utinam, utinam, & iterum iterum plerique non sint participes? Confessores, & alii ignorantes, vel carnaliter consentientes, & predicatoris, non intelligentes, nec aliqui eorum intelligere volentes, que intelligunt Doctores de mulierum ornatu, ioculis, atque vestitu, cum dicunt, quod licet mulieri se ornare, ut placeat viro suo; & tanquam imprudentes non considerant, nec recte ponderant prædicta tria. De talibus Dominus Matth. xv. ait: Cæci sunt, & dices eorum, Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt. Hæc tria specula considerans illuminatus Apollolus I. Timoth. 11. ait: Volo mulieres ornare se in habitu honesto, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa; sed quod decet mulieres pronitentes pietatem per bona opera. Considera diligenter quid securum specula tria prædicta prohibeat, & quid concedat. Et Petrus in I. Canon. 111. hoc eodem lumine illustratus ait: Mulieres subtile sint viris suis: & acquiritur: Quare non sit extrinsecus capillatæ, aut circumdatæ auri, aut indumentis, vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus. Super quem locum Cyprianus in Glossa ait: Femine serico, & purpura indute non possunt Christum induere. Auro, aut margaritis, aut moniliis exornate ornamenta cordis, & corporis perdidit. Quorum omnia dicta sunt ad tria prædicta specula referenda, & cum magna animadversione pensanda, & spiritaliter ruminanda, ne sub pallio consueudinis corruptela sanatur, & ab ipso obruitur. Tom. I. serm. iv. art. 1. cap. 1.

VIII. Regula septima. In hæc materia sepe plus minusve reperitur. Quomodo dum non est quælibet vanitas culpæ damnanda, sic non est superfluitas queque excusanda. Lubet nonnulla alia ex eodem D. Bernardino excribere contra nimiam superfluitatem, quam sicut licet et simpliciter, significant tamen representant. „ Tertio odit Dominus superfluitates propter multitudi-

nem, seu multiplicationem. Circumspice  
 thalamos predicatorum: contempera ibi su-  
 perfluitas vestium virorum, & mulierum.  
 Ibi pro feriatis diebus, ibi pro mediocri-  
 bus festis, ibi pro maioribus solemnitati-  
 bus, & ibi pro celebrioribus sanctis. Qua-  
 rum pretiosiores in manticiis consumuntur,  
 & quandoque a mulieribus insensatis pro  
 filiabus, & filis inaniter, immo crimina-  
 liter, relevantur. Ibi reperies vestimenta  
 serica, quaedam aurea, quaedam viridia,  
 quaedam rubea, quaedam leucophaea, qua-  
 edam rigata, quaedam depicta, quaedam ca-  
 lestina, quaedam rosata, quaedam aethiva,  
 sicut thestris subtilia, atque stricta, qua-  
 edam hiemalia, quaedam ruralia, quaedam  
 civilia, quaedam pluvialia, quaedam niva-  
 lia, quaedam diurna, quaedam nocturna,  
 quaedam retorta, quaedam distorta, qua-  
 edam stricta, quaedam lata, quaedam cur-  
 ta, sive brevia, quaedam longa, quaedam  
 cum alis magnis, quaedam cum manicis  
 strictis, quaedam sine manicis iulis: qua-  
 edam clauduntur ante, quaedam retro, qua-  
 edam a latere, quaedam, sicut in juvenum  
 phantasia patet, tanta abominabili brevi-  
 tate curantur, ut supra nates, & supra um-  
 bilicum ascendant: dumque aetivo tempo-  
 re superiora indumenta deponunt in pro-  
 pria domo, vel alibi, anteriora, & poste-  
 riora iuvenulis, atque aliis more canum  
 offendunt. Quot mutatoria reperies ibi,  
 quot camillas sericas, vel byssinas, vel  
 tanto sumptu, & arte confusas, quod ta-  
 les facere, vel tenere ampliusque illas ge-  
 stare, *Doctores determinant esse mortale.*  
 Quot alia lineae, & superflua paramenta,  
 quae raro, vel nunquam ducuntur in usum?  
 Quot vasa argentea, & deaurata, & arte  
 mirabili fabrefacta ad gloriam, & ad pom-  
 pam servata? Haec, & consilia conside-  
 ra in deauratis, & pretiosis manticiis refer-  
 vata. Circumspice cubiculi parietes carna-  
 litatis multiplici actu saepe depictos, ut  
 verificetur in omnibus talibus, quod Ec-  
 clesiastes 1. cap. ait: *Vanitas vanitatum,*  
 & *omnia vanitas.* Et quia omnia talia  
 multitudinem, atque confusione in Confes-  
 sionibus, Predicatoribus, & Consiliaris mi-  
 nus doctis, minusque rectis, ac minus con-  
 siderantibus tria specula antedicta, discre-

tum iudicium liciti, & illiciti obruant,  
 & confundunt; plerique peccatum mortu-  
 le in talibus esse non putant; sed quodli-  
 bet horum cuiuscumque liber, sibi omnino  
 licet; illicque non licet qui ad hoc matu-  
 rium plenum undecumque non habet, cum  
 talibus sit lex pro ratione voluntas. Pro-  
 pterea sequitur quod *Matth. xv. Dominus*  
 ait: *Caeci sicut, & duces caecorum. Caecus*  
 si caeco ducatur praestet, ambo in focum  
 cadunt. *Serm. xlv. art. iiii. cap. iiii.*  
 Tom. I.

IX. *Regula octava.* Si ad haec omnia ami-  
 mum intenderit Confessarius, si in suo mi-  
 nisterio solam animarum salutem, Deique glori-  
 am, omni mundano respectu neglecto, spe-  
 stabit, haud difficile illi erit media incede-  
 re via. Sed meminere oportet hanc viam  
 mediam arctam, angustam, rigidamque esse,  
 ut Evangelium testatur. Rigor tamen iste  
 evangelicus cum sit, caritate, & benignitate  
 lenitur, non legem laxando, sed summa co-  
 lerantia, & ferventi zelo mores corrigendo.  
 Spreta ergo quorundam recentiorum placitis,  
 evangelica momenta in memoriam revoca-  
 ca. Abscindendam manum, erudendum oculum  
 Christus asserit, quoties nobis delinquen-  
 di occasio occurrit: ut hinc colligamus, quam  
 gravis, quamque severa sit devitandi scan-  
 dali obligatio. Vae mundo a scandalis. Quia  
 nolunt homines scythes, & scopolas debita vi-  
 gilancia cavere; idcirco adeo frequenter in  
 naufragia impingunt. Dicturi sunt aliqui,  
 nos Concionatoris, aut Declamatoris, non  
 Theologi personam agere. Verum isti, quae-  
 nam sit christiana Theologie tradenda rati-  
 o, penitus ignorant. Nos Evangelium, non  
 Caluillarum Theologiam docere studemus.  
 Methodum quam Evangelistae, quam Paulus,  
 quam Patres omnes adhibere, consulant  
 censores isti, & propriae critices illos padebit.  
 Id mihi dolet, quod eloquentia, quod fer-  
 monis efficacitate caream illa sine qua christi-  
 ana Theologia languet, hominum infirmitate  
 spectata. Utique divina doctrina nostrae  
 vanae eloquentiae lenocinis non eget. At ho-  
 minum mentes mundum praestigis occupatae,  
 quibus stuadenda est laeta doctrina, vehementer  
 ratione, verborumque aculeis saepe vellenda  
 sunt, ut apta reddantur ad veritatem  
 suscipiendam.

# LIBER SECUNDUS IN DECALOGUM.

## DISSERTATIO PRIMA DE RELIGIONE. P R A E L O Q U I U M.

Hactenus praeludia in Decalogo praemisimus; nunc mandata ipsa discutenda sunt.  
 Virtutes theologicae, fides, spes, caritas, Deum ipsum sub peculiaribus suis ratio-  
 nibus spectant; & homines suis interioribus actibus credunt, sperant, diligunt. Ibi  
 tamen haud sistant, sed foras debent erumpere, ut cultum externum praescriptum a religio-  
 ne Deo exhibeant. Dei quippe fidem, & dilectionem necessario consequitur cultus exter-  
 norum eidem praestandas. Si enim dominus quisque colendus est, quanto magis Deus, qui  
 solus Dominus, solus omnipotens, solusque est universi illius praepositus effector? Plura  
 nobis hac de re suppeditat Lactantius *Lib. IV. cap. xxxviii.* „Hac (inquit) conditio-  
 ne ne gignitur, ut generanti nos Deo iusta, & debita obsequia praebamus: hunc solum  
 noverimus, hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti, & Deo religati sumus,  
 unde ipsa religio nomen accepit. Sub duplici aspectu Lactantius hominem considerat,  
 ut filium, & ut servum. Deum Patrem amare: quatenus filius, quatenus servus, Do-  
 minum revereri, eique inservire debet. Hinc infert sapientiae, & religionis societatem:  
 illam ad filios, hanc ad servos spectare docet. „Apparet (inquit ibi cap. iv.) quam  
 inter se coniunctae sint sapientia, & religio: sapientia spectat ad filios, quae exigit amo-  
 rem; religio ad servos, quae exigit timorem. Nam sicut illi patrem diligere debent,  
 & honorare; sic hi dominum colere, ac revereri. Deus autem, qui unus est, quo-  
 niam utramque personam sustinet, & Patris, & Domini, & amare eum debemus,  
 quia filii sumus, & timere, quia servi. Non potest igitur nec religio a sapientia se-  
 parari, nec sapientia a religione scerni: quia idem Deus est, qui & intelligi debet,  
 quod est sapientia, & honorari, quod est religio. Sed sapientia praecedit, religio se-  
 quitur: quia prius est Deum scire, consequens colere. Ita in duobus nominibus una vis  
 est, quamvis diversa esse videatur. Alterum enim positum est in sensu, alterum in  
 actu. Sed tamen similia sunt duobus rivis ex uno fonte manantibus. Fons autem sa-  
 pientiae, & religionis Deus est, a quo hi duo rivus si aberraverint, ardeant: necesse est  
 quem qui nesciunt, nec sapientes esse possunt, nec religiosi. „Hanc religionis neces-  
 sitatem filius explicat *Lib. VI. cap. iiii. & cap. ix. & Lib. VII. cap. v.* Libris autem de  
 ira *Dei cap. vii.* invenitur in impiis, qui Deum negantes, omnem derident religionem:  
 quos sic adortur. „Nonne ipsius corporis status, & oris figura declarat non esse nos cum  
 mutis pendibus aequales? Illarum natura in humum, pabulumque prostrata est, nec  
 habet quidquam commune cum caelo, quod non intuetur. Homo autem recto statu,  
 ore sublimi, ad contemplationem mundi excelsit confert cum Deo vultum, & ratio-  
 nem ratio cognoscit. Propterea nullum est animal, ut ait Cicero, praeter hominem,  
 quod habeat aliquam notitiam Dei. Solus enim sapientia instructus est, ut religionem  
 solus intelligat: & haec est hominis, atque motorum vel praecipua, vel sola distantia. „  
 Plura alia possem ex Lactantio exscribere, quibus offendit brutis accendens esse homines  
 qui Deum ignorant, aut religione non colunt. Quid quod vel ipsi impii, tamen istam  
 cordibus Dei notitiam excutere frustra adlaborent; at tamen extrinsecus colendum, timen-  
 dumque Deum asserunt? Religionem hanc, ceu primum firmumque cuneum societatis,  
 Republicae, & Principatus fundamentum constituit. Selestus ipse Machiavellus Principibus  
 suadet externam religionis professionem, quam corde contemnuunt, ut populos sibi  
 infectos facilius regant, ac individua Rempublicam servent. Opus est, inquit, ut quae-  
 cumque ad religionem fovendam, amplificandamque congrua sunt, etiam si Principes aliter